

CIVICA
Biblioteca
ECLI
44
RESC

LIBRERIA
TACCHINI
PULLOS

BRUXIA
1883

144

H 505 (non esatto)
G.K. 1712 (esatto)







Illustissimi philosophi & theologi domini Alberti magni. operum
 diuinarum insignis ac peritule opus Philosophie naturalis: feliciter incipit
 De acceptione horum nominum: natura & naturale. Cap. I.



Philosophia diuiditur in tres partes.
 Videlicet in logicā: Ethicā: Phisicā
 Siue in rationale: morale: & natura-
 lem. Aliis duabus obmissis ad p̄sens
 de sola phisica siue naturali intēdi-
 mus. Prenotātes q̄ natura dicitur mul-
 tis modis: Dicitur eim natura natu-
 ralis intelligētia: secūdu q̄ dicit Ag-
 in posterioribus: q̄ uniuersalia ma-
 gis sunt nota in natura q̄ particula-
 ria. s. i. natura intellectiua uel naturali
 intelligētia. Dicitur etiā natura materia. Dicitur natura forma. Et ma-
 gis proprie dicitur natura forma: quia seruat res naturales in esse. Di-
 citur etiā natura uia in natura: sicut generatio. Dicit etiā natura p̄nci-
 pium motus & quietis eius in quo est: primo: & p̄ se: & nō secūdu ac-
 cidēs. Vnde Anticēna distinguit duplicē naturā. s. uniuersalē: & particu-
 larē. Vniuersalē appellat uirtutem diffusam in substantiā celorti. Parti-
 cularē uero illā q̄ est in rebus singularibus: siue in indiuiduis: illa q̄
 est in hac plāta: siue in hoc grano: secūdu q̄ dicit q̄ natura est uis in-
 sita rebus: ex similibus similia p̄ceās. hos. iiii. ultimos modos ponit
 Ag. in secūdo phisicorū. Naturale etiā dicitur multipliciter. Vno mo-
 do dicitur naturale alicui: quod inest ei a sua creatiōe: secūdu q̄ sci-
 re & addiscere: naturale est hōi: quia utrūq̄ inest ei a sua recreatione.
 Dicit etiā naturale qd̄ fit secūdu cursum nature. secūdu q̄ dicit: natu-
 rale est qd̄ ex hoie fiat homo: & ex equo equus. Vñ secūdu hęc tria di-
 stinguitur opera: & tria agētia. s. Opus nature: opus artificis: & opus
 creationis. Opus nature: est cuius principii agēs ē natura. Opus art-
 ficis: ē cuius principii agēs ē uolūtas. Opus creationis: est cuius prin-
 cipii agēs creator. Dicit etiā naturale illud qd̄ cōsiderat sciētia nat-
 uralis. Cum ergo subiectū naturalis philosophie sit corpus mobi-
 le. Prima nostra speculatio erit de corpore mobili simpliciter: siue se-
 cūdu se. Secūda de celo. Tertia de elementis. Quarta de elemētatis
 Quinta de anima.

De principiis naturalibus: & primo de corpore mobili. Cap. ii.
 a ii

Corpus sic diffinitur ab antiquis. Corpus est omne id quod habet trinam dimensionem. scilicet longum, latum, & profundum. Vel sic & melius secundum algarcelum & Auicenam. Corpus est quo est aptitudo intelligendi duas lineas intersectantes se ad angulos rectos: & tertia linea iter secantem ambas illas ad angulos rectos. Est autem corpus. Aliud mobile aliud immobile. Et dico corpus immobile: corpus scilicet quod non mouetur: neque ad situm: neque ad formam. hoc quod dicitur celum emphyreum. Corpus autem mobile est quod subiacet motui: & quieti: quod est etiam unum de principis scilicet naturalis: teste ag. in principio primo physico. teste autem eodem ag. tria sunt principia nature. scilicet substantia siue materia: & duo contraria. scilicet priuatio: & forma. Quod sic patere potest in omni eo quod sit secundum naturam oportet aliquid subici quod ad id quod fit in potentia. Per hoc quod dico aliquid subici: tango materiam: siue substantiam. Per hoc quod dico quod fit: tango formam. Per hoc quod dico sit in potentia: tango priuationem: uerbi gratia. Ex homine immiscio: fit homo muscus. Ex semine non homine: fit homo ergo materia est unum principium numerum: & est ut duo ratione priuationis priuatio enim accidit materie. Non enim est idem homini: & immiscio esse. Quia ut dicit ag. duo sunt principia prima: ut est dicere numero. Neque tamen penitus duo: propter id quod alterum esse est ipsi: sed tertia. Quod autem materia & forma sint principia cuiuslibet corporis: patet per resolutionem: abstractam enim oibus formis accidentibus: tade uenit ad formam substantialem: qua adhuc abstracta per intellectum: remanet quoddam ualde occultum: quod est prima materia. Quod autem hac materia sit aliquid: patet per hoc quod elementa non scilicetur ad inuicem: & non secundum contrarias qualitates: siue formas secundum enim illas repugnat. ergo secundum aliquid oibus illis aliquid est eorum. quod est materia prima: ergo materia prima est aliquid. Et si obicitur quod omne esse est a forma: ergo si hec materia est aliquid habet formam & sic non est materia prima. Dicitur quod esse actuale est a forma: sed non potentiale: & tale esse habet materia prima. Vel potest dici quod aptitudo recipiendi omnem formam: est in pro forma. Dicit enim ag. in primo physico. **U**t opinamur unum quodque cognoscere: cuius causas eius cognoscimus primas: & principia prima: usque ad elementa. De his ergo principis dicitur est singillatim: & primo de materia.

Quod materia prima sit aliqd



Materia ut dicit ag. in fine primi physico: est prima substantia uniuersalis ex quo fit aliquid cui insensibile secundum accidens. Cui insit dicitur: quia in omni eo quod sit secundum naturam

necessario est in esse materia. Non secundum accidens dicitur propter priuationem que non inest per se sed per accidens. Et hec est distinctio prime materie. De qua dicit ag. ibidem quod est ingenita: & incorruptibilis. Si enim generaretur: esset antiqua generaret. Similiter si corrumpere: esset corrupta: antequam corrumpere. Unde Dionysius in li. de diuinis nominibus. c. vii. dicit sic. Neque corrumpitur aliquid existentium: secundum quod est substantia: uel natura: sed defectu ordinationis: que est secundum naturam armonice: & commensurationis ratio infirmatur materie si militer inheres. Et nota quod materia dicitur materia in quantum est apta nota recipere formam. Substantia uero dicitur siue substantia in quantum substantia forme. Unde accidentia siue forma: non habet esse suum nisi in materia. Dicit autem ylesecundum quod non habet coparationem ad aliquam formam: & nuda est ab omni forma. Origo autem dicitur: sed quod est in principio oium rerum naturalium. Materia sic dicitur. Quonia quedam est corporalis. Et quedam est spiritualis. Spiritualis est illa: que in creaturis: que non habet finem: loci: sicut sunt angeli: & anime quibus si milis creatur materia cum ipsis. Corporalis est illa que est in rebus: que habet finem: & locum. Et illarum quedam est naturalis. Quedam est artificialis. Artificialis est illa que est in rebus artificialibus: quarum principium est uoluntas creata. Naturalis est illa: que est in rebus naturalibus: quarum principium est natura. Et illarum. Quedam est uniuersalis siue prima. Quedam est particularis. siue secunda. Uniuersalis est: que non habet respectum ad aliquam formam specialem: sed ad omnem formam: Est enim quedam appetitus naturalis in materia ad omnem formam: & hoc est per omnimodam imperfectionem sui a forma. Unum quod enim in quo magis deficit: id magis appetit. Unde ag. in fine primi physico: dicit. Quod materia appetit formam sicut femina masculi & turpe bonam & uulnere. Particularis uero est illa que facta est hoc aliquid: & coartatur a forma substantiali: & formis accidentibus. Et nota quod in materia artificiali est tantum potentia passiva: sicut in ere respectu statue. In materia uero naturali particulari. Non solum potentia passiva: sed etiam actiua: ut patet in grano: & hec a theologis uocatur ratio feminalis: que etiam est aliquid forme. Item particularis quedam est ingenerabilis: & incorruptibilis: sicut in celo: & in corporibus superioribus in quibus est uirtus actiua tantum respectu inferiori. Quedam uero generabilis & corruptibilis sicut in elementis: & elementatis in quibus est uirtus actiua & passiva. Ex his que dicta sunt: potest colligi quod quicquid est materia. scilicet spiritualis: corporalis uniuersalis. Corporalis particularis ingenerabilis.

Dionysius

Nota

Quod materia prima

bilis. Corporalis particularis generabilis: & artificialis. hec aut sic se habet ad inuicem: q̄ sicut generabilis: simplicior est artificialis: ita ingenereabilis: simplicior est generabilis: & sicut uniuersalis simplicior est ingenereabilis: ita spūalis simplicior uniuersali. imo ut uerius dicā i infinitū plus qm̄ ad ipsam nullā habet p̄ortionē. Quoniam omne qd̄ est p̄portionalē alicui: aliquoties sumptio reddit illud. sed materia corpora lū is infinites sumpta: n̄ facit spūalē. De priuatione. Capi. iiii.



lecto de materia dicitū de de priuatione. q̄ sic notificari p̄t. priuatio e absentia forme cū aptitudine materie ad formā. dico rem aptitudinē materie ad formā pp̄ ingenereabilis corpora i quorū materia nō est priuatio: qm̄ ad nullā aliā formā ē i potētia. Cōtingere eim̄ ab eē nō dīferūt in p̄petuis. Vt dicit Arg. i secūdo phisicorū: Et nota q̄ cū priuatio accidēs sit materie: sicut distinguit duplex priuatio. scilicet artificialis. De forma. Capi. v.

Equit̄ de forma: de qua p̄notādū ē q̄ qd̄ forma abstrahā oio a materia: & a cōditionibus materie: sicut motus: situs. & locus: & hāc cōsiderat Metaphisicus. Est ēt forma abstracta a materia: sed nā cōditionibus materie:

& hāc cōsiderat Mathematicus. Est etiā forma iabstracta a materia & cōditionibus materie: & hāc cōsiderat Phisicus: q̄ ē unū p̄ncipiorum naturalis philosophiē. Que forma ut dicit Arg. in fine p̄mi phisicorū Est quoddā ditinū: & optimū: & appetibile. Ditinū dicitū: q̄ forma dat eē: i quo omne qd̄ ē: deo assimilā. Optimū dicitū: q̄ nullū trā p̄ncipiorū melius. Appetibile dicitū: q̄ ipsa appetit a materia: sed nō appetit: nec materia: nec priuatio. Vt dicit Arg. ibidē. Et nota q̄ forma dicit̄ multipliciter. Dicit̄. n. forma. i. p̄fectio: & secūdu hoc substantia p̄t dici forma: sicut aīa ē p̄fectio corporis phisici organici: cuius ē aīa Dicit̄ ēt forma iformas seu iherēs: & talis forma dīfiniē i libro sex p̄ncipiorū. q̄ forma ē cōpositiō cōtingēs: simplici & inuariabili essentia cōstitēs. Simpliciter dicit̄: quia oīs forma q̄tū ē i seē simplex. Preterea est inuariabilis essentia: quia si cēt uariabilis: possēt recipere aliā formam supra se: & sic cēt subiectū & n̄ forma: uel dicit̄ simplex ad differētā cōpositi. Inuariabilis dicit̄ ad differētā materie. Dicit̄ ēt forma q̄tū fo ris manēs: & secūdu hoc dicit̄ forma p̄digma. i. exēplat. Forma dicit̄ ut materia. p̄mo i spūalē: & corporalē. Spūalis ē illa q̄ facit spūm: uel q̄ est in re spūali: uel ēt corporali: ita q̄ tota sit i toto. Corporalis ē illa q̄ facit corpus: siue q̄ ē in re corporali: ita q̄ i maiori p̄te sit maior & in minori minor. Et illarū: qd̄ ē naturalis. quedā artificialis. Natu

*Nota q̄
materia
nō*

Latino

ralis ē illa q̄ ē in rebus naturalibus: siue cuius principū ē natura. Artificialis est illa q̄ ē in rebus artificialibus: siue cuius principū ē ars. Item formatū: qd̄ est uniuersalis: qd̄ particularis. Uniuersalis est illa q̄ totaliter cōsiderat̄ in sua essentia: ita q̄ nō est alicui imp̄pressa materie: uel albedo. Particularis uero est illa q̄ ē iungillatim figmata in hoc subiecto: ut hec albedo. Itē particularis: qd̄ ē icorruptibilis: ut forma celi. quedā corruptibilis ut forma elementorū & elementorū. Item formatū. Alia substātia: alia accidentalis. Substātia est illa q̄ ad iudicē sui ad materiā: facit qd̄. i. ē essentialē: ut igneitas. Accidentalis ē illa que ad iunctionē sui ad materiā: facit quale nō quid: ut albedo. Itē formatū. Alia posita ē immediate i materia. Alia mediate. Immediate posita est forma substātia formatū uero postiarū mediate i materia. Quedā ponit̄ mediate sup̄ficie q̄. scilicet cū extēsiōne sup̄ficie extendit̄: & habet sitū. tūā p̄te hīc. Alia alibi: ut albedo uel color. Vnde p̄mū subiectū coloris ē sup̄ficie: & sup̄ficie corpus. Corporis autē materia p̄ma & altera nō resoluit̄. Quedā uero nō mediate sup̄ficie. s. qm̄ nō hīc sitū ut p̄ntas & filatio & huiusmodi. Et nota q̄ sicut dicit Aueroys triplex fuit opinio antiquorū philosophorū de formis naturalibus. Quidā. n. opinati sunt formas esse ab extrinseco. s. a datore formatū: & an dationē eē extra materiā sepatat positas i corporibus stellis: ut platonicis. Alii autē opinati sūt formas eē ita materiā actus: sed latere: & eē insensibiles nobis: ut Anaxagoras. Vñ dicebat oē in oī miscet. tertia opinio ē Arg. q̄ ponit formas eē i materia potētia nō actū & ab extrinseco agēte educitur de potētia ad actū. Vñ dicit i secūdo de gñatione & corruptiōe: q̄ latio. i. accessio solis: facit gñationē. Et i secūdo phisicorū dicit q̄ hō gñat hōtem ex materia: & solū nota q̄ forma dī for ma i sp̄s: tō endelechia siue actus. Forma dī inq̄tū dat eē materie: siue i cōparatiōe ad materiā. Sp̄s dī inq̄tū ē p̄ncipiū cognitiōis: uel inq̄tū cōsiderat̄ i se. Rō at dī inq̄tū ē finis nature: uel inq̄tū ē p̄portionalis materie. Endelechia siue actus dī inq̄tū opponit̄ priuatiōē. Itē nota q̄ sicut dicit Arg. i secūdo de gñatiōe & corruptiōe. Materie ē pati: & moueri: mo uere & facere: ē alterius potētie. s. forme. Vñ q̄ oio caret materia: oio caret possibilitate: uel passibilitate: sicut primū ens. In alius at̄ scdm̄ di uersitatē materie diuersificat̄ passioēs. Et si de p̄ncipiis naturalis phisicosophie ad p̄ns dicta sufficiat. De cēsis rege: nāliū q̄ & quot sit. C. vi.



Onsequenter cōsiderādū ē de causis: q̄ & quot sit numero. P̄notādū dīam inter principū: & cūm principium igit̄ sit cū intrinseca: & essentialis rei. Causa uero extendit̄ ad cūm intrinseca: & extrinseca: ut post beatū. uero igit̄ mō secū

*Nota q̄
sicut opinio antiquorū philosophorū
de formis naturalibus
i phisicorū
2^a opinio
3^a opinio
Nota ad huc de forma
q̄ modis nominat̄
i in nota p̄mū arḡ*

dum Ag. lectio phisicorū. Causa dicitur ex quo fit aliquid cū ista sicut
 es statue. cū in ista dicit ad differentia priuatiōis & hoc est cā materialis.
 Nota tri q̄ est materia ex qua: ut es statue: & materia in qua: ut subie/
 ctū accidentiū: & est materia circa qua: ut obm̄ potente. Alio mō dicit
 cā: forma: sp̄s: paradigma: actus siue p̄fectio: & ratio ipsius qd̄ aliquid
 erat: esse: ut igneitas ignis: & hoc est cā formalis: uel ratio diffinitiuā.
 Et nota q̄ in simplicibus: ut in angelis: & in aia idē est forma q̄ ē actus
 materie: & que ē actus cōpositiōis. In cōpositis uero nō est idem ut i
 hoīe: aia eim est actus materie: homo uero est actus cōpositiōis. tertio
 modo dicitur cā ut est principiū mutatiōis: aut quietis: ut deliberans
 propositi: pater filii: & omne faciēs facti: & hoc est causa efficiēs. Et no
 tā q̄ duplex est efficiēs secūdu natura. Intrinsicā: & extrinsicā. Intrin
 secum. ut uirtus actiua feminis in materia q̄ a theologis uocatur ratio
 feminalis. Extrinsicā cū est uirtus celi secūdu Ag: quia latio solis facit
 generatiōē. Et nota q̄ media que sunt ad finem reducuntur ad cām
 efficiētem: sicut ad sanitatē sunt macies: purgatio: or̄gama. Oia enim
 hec finis gratia sunt. Quarto modo dicitur causa cuius gratia aliquid fit
 ut sanitas ambulandi: & hoc est causa finalis: de qua dicit Ag. que est
 cuius causa fit potissima est & finis altariū esse. Circa causas nota: quod
 causa finalis mouet efficiētē: efficiēs uero mouet materiam. Materia
 nota intro ducitur forma: sicut patet de arteifice. Et propter hoc causa
 finalis est potissima aliarū. Item nota q̄ quedā adinuenit sibi cause fit
 sed nō eodē modo: ut laborare est causa efficiēs sanitatis sed nō sani
 tas est causa efficiēs laboris. Item idē cōtingit esse cām oppositorū:
 ut naua cuius plēntia est cā salutis nauis eius uero absentia causa pe
 riculi: siue euerfionis. Item nota q̄ cause dicuntur multipliciter. Aliquid
 est causa alicuius per prius & aliquid p̄ posterius: ut medicus est causa
 sanitatis per prius: & artifex per posterius. Item aliquid est causa ali
 cuius per se: & aliquid per accidens: ut statua faciēs est causa statue per
 se: p̄lodet uero per accidens. Accidit eim statua facienti p̄lodetum
 esse. Item aliquid est causa alicuius in potētia: & aliquid in actu: ut edi
 ficator edificandi domum. Et nota q̄ sicut est in causis ita & in cau
 fatis.

De fortuna & casu. Capi. vii.



ost hec dicēdum est de forma & casu: quō uisunt. Et que
 ipsorum differentia. Multa eim a casu & fortuna contin
 gunt. Quid eim sit casus: & fortuna: sic secundum Ag. in
 uestigari potest: theorum que sunt. Quedā sunt propter

hoc: id est quia intenta sunt. Et quedam nō propter hoc: id est: quia nō
 sunt intenta: ut aliquem inuenire thesaurum cum fodit sepulchrum.
 Non eim propter hoc fodit sepulchru: ut inueniat thesaurū. Itē eo
 r̄m que sunt propter hoc. Quedam sunt ex proposito id est ab uo
 liberi arbitrii: siue rationis. Quedam autē a natura. Illa sunt a natura.
 ut dicit Ag. in lectio phisicorum. Quecunq; a quodā in seipsis prin
 cipio continue mota accedunt ad aliquem finem. Item eorūq; sunt
 a natura quedam sunt: semper: ut solem moueri in circulo obitquo.
 Et quedam frequenter ut pluuia generari ex uapore. horū autē que
 sunt a proposito propter hoc causa per se est propositum. Et eorū
 que sunt a natura propter hoc causa per se est natura. Sed eorū que
 sunt non propter hoc causa per accidens est fortuna: & casus. Casus
 per accidens dico: quia fortuna: & casus accidunt causis per se: q̄ patet
 sic. Aliquis iuit ad forum ut emeret carnes: & dum iret inuicū the
 saurū casu: quic casus accidit cause per se. Iuenire ad forum. Oportet
 autē fortuita & casualia fieri raro. Si eim frequenter sunt nō dicuntur
 fortuita uel casualia. ut si aliquem euntem ad forū cōtingat frequen
 ter balneari. Differt autē fortuna a casu: quoniam fortuna tantū est in
 agētibus secūdu propositū. quibus inest bene contingere uel male
 Vnde neq; inanimatū: neq; infans: neq; brutū aliquid facit a fortuna:
 quoniam nō habent propositū: & neq; eufortunū: neq; infortunū: et i
 his nisi secūdu similitudinē sicut dicit Plutarchus eufortunatos esse la
 pides: ex quibus sunt a se. Sed casus eu in non habētibus propositū &
 in brutis: & inanimatis: ut equus casu uenit ad domū & salutus ē a lu
 pis. Nō eim propter salutem uenit domū: sed ut cibū quereeret & tri
 poda cecidit: & casu sedes facta est. Non eim propter hoc cecidit: ut
 sedes fieret: sed ut quiesceret in medio: sicut omne ponderosum cecidit
 ad centrū: sic ergo patet q̄ omnis fortuna est casus. sed nō cōuertitur.
 Et nota q̄ in his q̄ hūt propter hoc: siue fiant a proposito: siue a natu
 ra contingit fieri errorem in fiendo: plus: uel minus indebitē. Ab er
 rore q̄ fit in his q̄ sūt a proposito: causa: peccati propositi: si gra
 maticus erret in scribendo peccat. Similiter si medicus erret in potio
 nando. Ab errore uero q̄ fit in his q̄ sūt a natura causa: peccati na
 ture. Vnde Aristoteles in lectio phisicorū. Monstra sūt per peccati
 illius: qd̄ propter aliquid est: sicut propter errorem nature cōtingit fieri
 in animalibus bouiginas: & uiperinas: & in plantis uitiginas: & oliu
 peras. Sic igit ad presēs determinatū sit de causis q̄ & quot sūt. Quat
 tuor enim sūt numero. I. materialis. formalis. efficiēs & finalis de

*Non hic propter
 quod dicitur for
 tunum et casus*

*Causa per se
 per accidens*

quibus dicitur age in secundo phisicorum. Quod continet tres in una multo
tres: que quidem aliquid est & quod est cuius est fit una est: vero unde motus est
a principiis specie cadit in his. De motu opiniones.



Veniunt autem ut dicitur age. Natura est principium motus & status
& mutatio. Dicitur breuiter de principijs & causis natura-
ralis philosophie consequens est ut dicamus de motu: & quod
tempus & loco. Primo ergo notandum quod de motu inter philo-
sophos diuersae fuerunt opiniones. Quidam enim ponebant mo-
tum esse quidem uero non. Et eorum quod ponebant motum non esse. Quidam ponebant
motum non esse propter hoc quia impossibile est duo corpora esse in eodem loco:
ut Parmenides & Melissus dicebant. Non sic autem aliquid mouetur: aut nihil
si nihil habeo oppositum si aliquid aut ergo praeuacuum aut plenum. Si prae-
uacuum ergo quia non est aliquid uacuum: eadem ratio ubique ergo totum uacuum:
ergo totum nihil est. Si plenum ergo iam una corpus esset in alio: ergo
duo corpora essent in eodem loco: quod est impossibile. Unde dicebant quod tunc
est unum ens continuum & immobile. Age autem dicitur quod tales non sunt phisici:
quia phisici supponunt motum. Alii autem dicebant motum non esse propter infini-
tatem spatii sicut Zenon dicebat eum sic. Si possibile est motum esse ponatur
autem ergo aliquid corpus moueatur de loco ad locum oportet quod praeter-
eat prae spatium primo autem praetereat totum spatium: & iterum partem partis: &
sic in infinitum: quia infinite sunt partes spatii sed infinitum non potest praeter-
iri: ergo non est motus. Sed Age soluit hoc vi. phisicorum: & dicit quod dupliciter
potest spatium considerari. scilicet quo ad actum: sicut quo ad extremitates: uel quo
ad potentiam: sicut quo ad diuisionem: & sic dicitur in infinitum propter infinitatem
partium. Inter eos autem quod dicebant motum esse. Quidam dicebant motum esse
in prae uacuum. Quidam plenum: prae uacuum dicebant Democritus & Eleu-
tius: & sequaces eorum quod ponebant principia rerum corpora indiuisibilia
quod sunt atomi: ab a quod lineae: & thomos diuisio: & dicebant quod non contin-
gebat uideri: nec agere: nec aliquid esse motum nisi in uacuum. Unde dice-
batur: si totum esset uacuum contingeret musculi uideri in loco. Age autem dicit
quod nec est bene: & dicit quod si totum esset uacuum nullus esset motus.
Non enim contingit motum fieri in uacuum: & hoc demonstrat in iii. phi-
sicorum sic. uelocitas & tarditas motus causatur a grauitate: & leuitate eius
quod mouetur: & a subtilitate & grossitate medij per quod est motus. Ponatur
ergo quod corpus leuissimum moueatur per medium subtilissimum: consistat
quod iste motus est uelocissimus: & motus uelocissimus mensuratur
modo tempore. Velox enim est: ut dicitur Age: quod in pauco tempore multum moue-
tur. tardum autem quod in multo tempore parum mouetur: ergo si esset motus

us per uacuum: cum uacuum in infinitum excedat etiam medium sub-
tilissimum. Est enim uacuum locus carens corpore consistat quod iste motus
esset uelocior uelocissimo: & per consequens mensuratur tempore minori mini-
mo: sed hoc est impossibile. Nullus est enim motus uelocior uelocissi-
mo: nec aliquid tempus est minus minimo: ergo prae uacuum non contingit
motum esse. Et haec demonstratio ualet ad intelligendum quomodo angelus
mouetur de loco ad locum: non tamen per medium. Motus enim eius est uelo-
cior in infinitum omni motu corporis. Motus enim anguli non mensu-
ratur tempore sed nunc. Et si obicitur quod iter duo nunc est tempus medium. Et si sit
motus anguli mensuratur nunc & nunc: ergo & tempore. Dicendum quod uelocis-
simus fluens: & inter talia duo nunc est tempus medium. Et est nunc uelocis-
simus: & inter talia duo nunc non est tempus medium: & alii nunc me-
suratur motus anguli. Dicitur ergo Age: motus fieri per plenum actu: & per
uacuum in potentia. Sicut est uidere: quando aliquis per aerem mouetur uel
per aquam.

De distinctionibus motus.

Capi. viii.

Est motus igitur uidetur esse quod sit: & de ipsius diuisione. Mo-
tus sic diffinitur ab Age. iii. phisicorum motus est endelectus
exiit: uel entis in potentia: secundum quod huiusmodi dicitur
alterabilis in se: uel alterabile alteratio. Item in eodem motus
est actus imperfectus. Item Autem sic diffinitur motus. Mo-
tus est exitus de potentia ad actum continue & non subito. Item sic diffinitur
motus. Motus est prima perfectio eius quod est in potentia. Que dif-
finitiones ut manifeste fiant. Sciendum quod recte quaedam sunt in potentia
ut electus actus earum subito: & talium non est motus. Quaedam autem sunt in po-
tentia ut electus actus non subito: & talium est motus. hoc autem quod sic est
in potentia duplicem habet potentiam: unam respectu motus. Et aliam re-
spectu eius quod acquiritur per motum: & sic patet qualiter motus sit pri-
ma perfectio respectu sequentis. Est enim motus actus quo existens
te adhuc aliquid eius remanet. Forma autem que acquiritur per motum
est perfectio qua existentem nihil remanet ipsius supple acquirendum.

Et nota quod motus non mensuratur proprie nisi tempore tanquam pro-
pria passione. Unde cum tempus sit continuum: & motus sit contin-
uus. Continuum autem est cuius partes ad unum terminum communem con-
pulantur: ergo motus partem: & partem habet & medium. Et ex hoc
est: quod quicquid mouetur propter mouebatur: & mouebatur. Est enim partem in
termino a quo: & partem in termino ad quem: & partem in medio. talis
enim motus non est nisi in corpore quod partem & partem habet: & medium. Et nota dif-

Velox
Tardus

Autem

Motus

feretiam inter continua contigua: & consequentia. Continua sunt que copulantur ad unum terminu comūne: ut partes lineæ ad punctu & partes superficiæ ad lineæ: & partes corporis ad superficiæ. Contigua uero sunt quorum termini sunt simul ideſt nō distant pēna & pergamēti. Consequentia uero sunt que non habēt inter se mediu sui generis. Aliud aut nihil prohibet esse mediū: & sumitur genus largere: ut duo asini sunt eiusdem generis: & due domus & similia. Item nota q̄ ad unum motu numero: dicitur Arg. quinto phisicorum. *T*ria exigitur. Sicut id quod mouetur sit unum numero: & tempus mensurans motum: sit unum numero & cōtinuū: ita nō interdicit quies. Vnde ut dicit ibidem Arg. Multi & non unus motus est: quorum quies mediū est. Quare si aliquis uel unus motus statim occipitur: neq̄ unus neq̄ continuus. Et hoc ualeat ad cognoscendum quādo sint unum peccatum: & quando plura: dicitur eim quidam q̄ uno actu contingit committi duo peccata: ut si quis occidat iungine opprimendo eam: uel si fornicando coram aliquo preſtet ei occasione rui ne. Dicitur q̄ nō est unus motus: quia nō est ad unam formam uel finem: sic eim fornicatur: & scaldalizat. Item nota q̄ aliquid mouetur per se: & aliquid mouetur per accidēs: dicitur eim quidam q̄ uno actu contingit committi duo peccata: ut si quis occidat iungine opprimendo eam: uel si fornicando coram aliquo preſtet ei occasione rui ne. Dicitur q̄ nō est unus motus: quia nō est ad unam formam uel finem: sic eim fornicatur: & scaldalizat. Item nota q̄ aliquid mouetur per se: & aliquid mouetur per accidēs: dicitur eim quidam q̄ uno actu contingit committi duo peccata: ut si quis occidat iungine opprimendo eam: uel si fornicando coram aliquo preſtet ei occasione rui ne. Dicitur q̄ nō est unus motus: quia nō est ad unam formam uel finem: sic eim fornicatur: & scaldalizat.

De diuisionibus motus Capitulum. ix.

Nunc uidentium est de diuisione motus. Motus uno modo sic diuiditur. Motuū. Alius naturalis: alius uiolentus: alius animalis. Naturalis est ille cuius principium intra est ipsa natura. Violentus est ille cuius principium est extra inferente uim pallio. Animalis est ille cuius principium intra est anima. Et hec diuisio sumitur ex eo q̄ dicitur Arg. in septimo phisicorum. Quod omne qd mouetur. Aut a seipso mouetur: aut a altero. Et nota q̄ motus naturalis in principio est remissus: in fine intensus. Animalis aut in principio & in fine remissus: in medio intensus. Violentus in principio est intensus & in fine remissus. Motu uiolentiū dicitur Arg. in septimo phisicorum. In quattuor species in pulsione: tractione: uectione: uertigine. Pulsiones sunt due species. In pulsio & expulsio: in pulsio est quando mouens est qd mouetur non deficit. Expulsio autē est quādo expellēs deficit. Tractione est: cū ad ipsum uel ad alterum uelociter seu uehementer est mo-

tus trahentis nō separatus ab eo quod trahitur. Et ad hunc reducitur inspiratio: & exspiratio: & speculatio: & radiatio que sunt similes tractioni. Vectio est quādo aliquid non secundum se: sed secundum accedens mouetur. Et hoc contingit in tribus motibus scilicet: in pulsio: in tractione: & uertigine. Vectio est motus compositus ex tractione & pulsione. Alio modo diuidit Aristoteles motum in post predictarum mentis: per sex species scilicet generationem: corruptionem: augmentationem: diminutionem: alterationem. Et secundum locum mutationem. Cuius sex sunt differentie scilicet anteretro: sursum: deorsum: dextrorsum: sinistrorsum. Sed ipse corrigit se in phisicis dicens: q̄ generatione & corruptione non sunt motus: sed mutationes. Vnde dicitur in quinto phisicorum. hec autem mutationes quidem sunt. Motus autem non sunt motus enim est de subiecto ad subiectum: id est de ente ad ens: Generatio uero est de non ente ad ens. Corruptio autem de ente ad non ens. Item motus non est nisi in re existente: & fixa & in tempore. Generatio uero & corruptio non sunt in re fixa: nec in tempore: sed in instanti. ergo generatio & corruptio non sunt motus: sed mutationes. Omnis autem motus est mutatio: sed non conuertitur. De his autem speciebus plenius dicendum est in tractatu de elementis. Item nota q̄ aliquid mouetur per locum: & tempus: ut corpora. Quedam per locum sed non per tempus: secundum quosdam: ut lux ab oriente in occidentem in instanti. Alii dicunt q̄ ille motus est in tempore imperceptibili. Quedam per tempus: sed non per locum: ut angelus. Aliquid nec mouetur per tempus: nec per locum: ut deus q̄ stabilis manens dat cuncta moueri.

De quiete. Capitulum. x.
Ite de motu dicendum est de quiete. Opposita enim in xta se posita: magis elucescunt. Quies sic diffinitur. Quies est id quod est in redēctiuis aptitudine est ut moueatur non tamen est mota. Ex hoc patet q̄ sicut motus est in tempore, ita quies in tempore. Non autem intendimus hic de quiete: secundum quod est in deo uel in angelis: sicut secundum Auicēna: quies est priuatio motus in illo de cuius aptitudine est ut moueatur nō tū est motū. Ex hoc patet ut supra sicut motus diuiditur in motū naturalē uiolentiū & animalē. Ita & quies. Quies naturalis: est quādo corpus est in loco suo proprio & determinato sibi a natura: sicut terra in cētro: & ignis in alto. Quies animalis: est quādo anima cessat a motu: siue coniungatur suo appetibili siue nō. Quies uiolētia: est quādo corpus est in loco sibi

Quod est quietis in uiolentiis



accidēta: sicut in terra effect in alto: & ignis in centro
De loco. Capitulum. xi.

Equitur de loco. Locus sic diffinitur a Dam. Locus est cō
poralis finis eius qd cōtinet secundū quod continet: id
qd continetur: ut puta aer cōtinet corpus: corpus autē cō
tinetur. Est autē duplex locus. scilicet intelligibilis & sensibilis. Intelligi
bilis: est locus spūalium creaturarū. ut angeli: & anime exute: que licet
sint in loco corporali: non tñ corporales: sed intelligibiles: ut dicit
Damasenus. Est autē locus intelligibilis: ubi intelligitur: & est intel
lectualis & incorporea natura ubi nimirū est & operatur. Locus cor
poralis est locus corporum: qui diffinitur est supra. Et nota qd tripli
citer dicitur aliquid esse in loco: scilicet circūscriptiue: diffinitiue: & repleti
ue. Circūscriptiue autē dicitur aliquid esse in loco: cui potest assigna
ri principiū: mediū & finis in loco: uel cuius partes mensurantur par
tibus loci: & sic est in loco corpus. Diffinitiue autē dicitur esse in loco
qd sic est hic qd nō est alibi: & sic angeli sunt in loco: Angelus enim ibi
est ubi operatur: ut dicit Damas. & anime exute. Exute dico: quia ani
me unite corpori in eodem loco sunt cum suo corpore. Replectiue
dicitur aliquid esse in loco: quod replet locum: sic deus est in omni lo
co: quia deus replet omnem locum. Item quædam sunt in loco per
se sicut subiectum. Quædam per accidens: sicut ea que sunt in subie
cto. Item nota qd est locus cōis: & locus proprius. Locus cōis est sicut
cælum: de quo dicit Damas. Quod cælum est cōtinentia uisibilium
& inuisibilium creaturarum. Et domus est locus cōmunis omnibus q
sunt in domo. Locus proprius est circūscriptio corporis includens re
nec maior: nec minor corpore quod includitur: & secundum hoc est
quantitas.



De tempore. Capitulum. xii.

Equitur de tpe: de quo. Primo dicēdū est quid sit. Se
cundo quid sit esse in tempore. tertio de differētis tē
poris. Quarto de distinctione tps tps sic diffinit ab
Aze: quarto physiorū. tps ē numerus motus: secūdu
prius & posterius. Item sic. tempus est mensura motus secundum pri
us & posterius. Que diffinitiones manifestius intelligitur ex cōpara
tione tps ad motū locale: cuius primo & p se ppria passio est tēpus.
Motus igitur localis est sup magnitudinē q̄ habet pte añ: & pte post
& ille due ptes dir̄ respectu alicuius medie pte. Mobile autē qd mo
uetur sup ipsam est eūā diuisibile: & est in potētia qd renouationē ubi

& loci: & situs. Et hæc potētia diuisibilis: est secūdu ptes magnitudi
nis: & ubi: & loci: & situs. Et cū ipsa potētia sit diuisibilis: & omnis di
uisibilis sit mēsurā aliqua: illius potētie in exitu ad actū erit mēsurā
aliqua. ipm autē quod fertur uel mouetur i suo motu: est unū & idem
ens. habēs tñ cōparationē ad partes magnitudinis: respectu termini a
quo: & respectu termini ad quē ē motus cōtinue. Cū igitur motus sit
mediū inter magnitudinē & mēsurā ipsius motus. Mensura potētie
exemtis in actū cōtinue in motu: habebit tria causata ab ipsa potētia
cōtinue in actū procedēte. scilicet prius & posterius: causa a priori & po
steriori in motu: & mediū cōtinuās illa: correspondēt ei quod fert̄ uel
mouetur cōtinue a termino a quo: & in termino ad quē: ita patet qd
motus est cōtinuus ex cōtinuitate magnitudinis: sicut spatii sup quod
est motus. Et in motu est prius: & posterius: & mediū: sed istud mediū
nō est manēs idem: sicut nec in magnitudine: ue in ubi: & situ: nō ē idē
mediū semp̄ inter quācūq̄ partē acceptā ante & acceptā post in tota
magnitudine. Sicut idē ē quod mouet̄ ei quod fert̄ cōtinue in tota magni
tudine secūdu substantiā quod adiacet ei quod fertur: & tñ non habet
idē esse secūdu qd fluit a priori i posterius: quē fluxū habet ex cōtinuo
processu mobilis: ex pte priorī in partē ulteriores magnitudinis: cū tñ
idē maneat i substantiā motū cōtinue. Et sic patet qd nūc ē substantiā tps
quia tps nihil aliud ē: q̄ nūc fluxu suo suscipiēs esse cōtinuū. Nihil enim
est accipere de tpe: nisi nūc. Quod enim p̄terit nō ē similiter qd futuru
est nūdu: & his tms: sciēdu est qd duplex est numerus. scilicet numerus nume
rās: & numerus numeratus. Numerus numerās ē numerus p̄manens
quo possunt multa numerari: ut denarius. octonarius & huiusmodi
quo numeratur octo asini: & decē homines. Numerus autē numeratus
est res numerata: ut canes asini: & oues. Numerus iterū numeratus di
uidit̄. scilicet secūdu potētiā: & secūdu actū. Secūdu potētiā pprie dicit̄ nu
merabile. Secūdu actū res numerate in actū. Itē numerus numeratus
duobus modis numerat̄. scilicet cā numeri. scilicet causa qd facit eē numerū: &
sic tps numerat̄ a motu: quia prius & posterius in tpe: & nō habet idē
esse secūdu qd ē hic & ibi. an & postea idē ē nūc secūdu substantiā cau
sanē. uel cōnumeratur a p̄ori & posteriori i motu. Alter numerat̄ nu
merus numeratus a suis p̄tibus: & a substantiā sua: si habet eā & secūdu
hoc numerat̄ duplex tps. scilicet a priori & posteriori in tpe: ut p̄tibus & a
nūc iterato secūdu eē eodē: tñ manēte secūdu substantiā. numerat̄
at a substantiā sua. Sic ergo apparet quō tps est numerus motus: secū
dam prius & posterius. Item alio modo cōsideratur numerus: quē

Numerus Numerat
Numerat

est tps. sicut est mensura reddens quantitatem motus: & sic tps est numerus numerans motum. Certificatur enim primo quantitas tps quod fit ex motu ut ex sua causa: & ex numero suarum partium & sic substantia: & hoc certificatur: certificatur quantitate motus. Et hoc est quod dicitur *Age*. Quod tps est minimus numerus. Minimus autem numerus est duo. Minimus numerus dico numeri numerari. Minimus enim numerus numeri numerantis est binarius siue dualitas. Unde tps numerat motum vel mensurat eum modo, quo duo accepta multoties explicant partes alicuius quanti diuisas per parem numerum. Unde tps non multiplicat numerum ultra duo. scilicet prius & posterius: sed illa multitudo accipitur: secundum partes ipsius motus. In tota quantitate motus. Et sic patet quomodo tps est numerus: siue mensura: siue cuncta prius & posterius. Et ex hoc patet etiam quod motus non potest esse numerus temporis secundum se. sed per accidens licet sit causa temporis: quia non est causa intranea: sed est causa efficiens. Preterea in motu non est idem iteratum manens in substantia: nec manens in esse eodem quia id quod est accipere de motu: non est idem permanens in id quod est accipere de tpe est permanens idem in substantia: & est loco unitatis iteratae in numero. Et sic patet quod est tps: quia est propria passio motus. Et quomodo mensura motum. Sed notandum quod nunc duobus modis accipitur. ut dicit *Auicena*. pro nunc quod est substantia tps de quo dictum est. Et pro nunc signato: & illa acceptio perpenditur ad similitudinem puncti. Ponamus enim per impossibile quod sit punctus fluens per lineam: punctus ille fluxu suo: continet facit lineam successiuam que per materiam non habet in partibus que inquam linea non habeat substantiam aliquam nisi substantiam puncti: sed esse habet alterum secundum quod punctus est hic & ibi in longitudine ante & post: & cum illo puncto similitudinem habet nunc quod est substantia tps: & hic non accipitur ut terminus. Sed iterum in mathematica longitudine est punctus terminans: & cum illo habet similitudinem nunc secundum quod est terminus tps. sed non est terminans actu sed per comparationem ad intellectum: vel ad aliquem motum. Et si quis uellet distingueret secundum *Auicena* diceret. Quod nunc quod est substantia tps dicitur proprie intrans: quasi non stans. Nunc autem quod est terminus tps: retinet proprie nomen ipsius nunc. Et notandum quod punctus ad lineam: & nunc ad tps in quibuslibet similitudinem se habent. In quibusdam uero dissimilitudinem in terminando enim & continuando: similitudinem se habent quodammodo sed in essentia ut ita dicamus: siue in substantiando: non habet se similitudinem: quia punctus

Nunc signato

Intrans

non facit lineam: neque fluens neque non fluens: sed nunc fluxu suo facit tps ut dictum est. & ideo punctus non est substantia lineae. Dixit autem quod nunc & punctus terminando & continuando quodammodo similitudinem se habent: quia in linea est accipere duo terminata actu. Sed *Auicena* probat quod nunc non est terminans actu in tpe eo quod non est interruptio tps secundum naturam suam sed secundum intellectum: uel secundum comparationem ad motum aliquid determinatum. Similiter punctus continuans est principium & finis: & ideo quod utitur puncto continuante bis utitur eodem: & ideo quiescere accidit: hoc est si motus sit supra lineam: ita quod mobile utatur puncto continuante: uterque ipso in ratione finis ad praecedentem magnitudinem: & ita uterque eo in motu aequa motu siue motus non est in fine alicuius magnitudinis. Ut patet in sexto philosopho. Si autem uterque ipso in ratione principium ipso utitur ut primo post quod est motus in sequenti magnitudine. Sed quia uterque puncto utitur eo ut nunc: sed bis utitur puncto: ergo uterque in duobus nunc: & inter que cumque duo nunc est tps medius: ergo inter nunc in quo utitur puncto ut fine: & inter nunc in quo utitur eodem puncto ut principio est tps medius & illo est quies. Et hoc est quod dicit philosophus in iii. philicorum. Quod quoniam mobile uno puncto ut duobus utitur quiescere accidit. Est ergo dissimilitudo quod punctus continuans qui est in linea: bis accipitur ut principium & finis ita quod nihil erit medius: sed nunc nunquam potest accipi ut principium & finis nisi cadat tps medius. Et notandum quod substantia dicitur. Vno modo aliquid esse quod erat: & sic nunc non est substantia tps & indiuisibile non est substantia diuisibilis. Alio modo aliquid substantia id quod est res: & sic bis potest accipi indiuisibile esse substantia diuisibilis. sed tunc esse diuisibile est ab alio: & sic nunc est substantia tps: cuius tunc erit fluxu ipsius nunc de praeterito in futurum. Nota quod non potest considerari dupliciter: uel ut est fluens: & sic est tps: & potest esse pars tps. Vel ut est diuidens: & sic non est tps: nec pars tps.

Quod modis aliquid sit in tpe.

Cap. xiiii

Est autem dicere quod sit esse in tpe. Et ad hoc sciendum est quod aliquid dicitur quatuor modis esse in tpe. Primo aliquid est in tpe ut in subiecto: & sic passionis tps sunt in tpe sicut longum & breue multum & paucum. Secundo modo dicitur aliquid esse in tpe: sicut id quod est substantia ipsius: & sic nunc est in tpe: quia est substantia ipsius. tertio modo dicitur aliquid esse in tpe: sicut terminus in terminato: & sic nunc signatum est in tpe. Quarto modo dicitur aliquid esse in tpe: sicut in numero: & hoc est tpe uel parte tps mensurari. Et hoc contingit duobus modis. scilicet absolute & per comparationem. Absolute adhuc duobus modis. scilicet prius & posterius. prius est in tpe motus & mobile: secundum quod est in motu. Et per posterius quies & quiescens secundum quod referuntur ad motum. Et per prius esse in tpe adhuc duobus modis. scilicet toto tpe mensurari: & parte tps mensurari.

b.

toto tpe: sicut motus celi. Parte tps: sicut alii motus. Per cōparationē uero eē i tpe: dicitur tribus modis. Aut eim id qd cōparat: ē immobile: sicut cū dū eē: possit eē agere. Sed cōparat ad rē mutabile uel mobile: scdm durationē excellētē: i an & post: & cōcomitantē. Et sic dicitur deus fuit: deus est: deus erit. Sicut eim ē ut dicitur bieronimus. Deus fuit: id est nūq̄ defuit. Deus ē. i. temp̄. Deus erit: id est nūq̄ deerit. Aut id q̄ cōparat: secūda eē qd ē immobile: sed secūda posse qd ē cōtinuū motuū: mobile: secundū uicitudinē. Et sic angelus est in tpe: secūda oēs differentias tps: quia potētia angeli uicitudinā p̄ actus: intelligitū dicitur: & uolēdo. Et hoc q̄tum ad cognitionē uespertinā. Et secūda hoc dicitur. Angu. q̄ deus mouet spūale creaturā p̄ tps. Creaturā uero corporalē p̄ locū: & tps. Aut ita est: qd eē quidē rei est totū simul: sed hēt potētia ad motū cōtinuū: qd dicit ad differentia motus angeli. Et hoc cōtingit duobus modis: secūda duplicē modū potētie. Est eim potētia ad ubi tū: & ad ubi: & ad formā. Et primo modo: celi est in tpe. Secūda mō generabilia & corruptibilia sunt in tpe: tempus diuidit p̄ tres differentias. I. p̄s: p̄teritū: & futurū. P̄teritū est quod fuit: & nō est. P̄sens est intū quidē futurū: & finis p̄teritū cōtinuata ad inflās. Futurū ē quod nō est: sed erit. Nam uero est pars futuri: prope p̄s nunc. Olim eim ē: quod procul est a p̄senti. Repete uero ē i sensibili tpe propter paruitatē. Subito aut ut dicit beatus Dion. in mystica theologia: est qd est. p̄pter sp̄s: & ex nō apparente ad manifestū eductū. Vterius notidūm q̄ tps multipliciter accipit. Aliter eim dicitur tps secūda q̄ adiacet motui naturali. Et aliter secūda q̄ adiacet culibet mutationi: siue illa sit naturalis: siue supra naturā: & siue fit i formis corporalibus siue in formis spiritalibus. tēpus eim quod adiacet motui naturalit̄ proprietatis motus cui adiacet. Et idco natura ipsius & principia: de p̄dent a principiis motus. Motus aut̄ pprietas ē mobilis: secūda q̄ mobile. Et idcirco principia ab ipso. Vn cū mobile in natura sit diuisibile: & sit partim in termino a quo: & partim in termino ad q̄. secūda etiā q̄ mediū p̄ quod mouet̄ habet rōnem finis & principii. Idco motus ipsius ē ip̄fectus actus: & habet quod fit ip̄fectus a termino ad q̄: q̄ aut̄ sit actus habet a termino a quo. Et similiter tps quod adiacet ei ē cū priori & posteriori: quoru unū habet terminū a quo. I. prius. Aliterum a termino ad quē. I. posterioris. Et quod de ipso est accipere est nunc fluēs: cōiunctū priori & posteriori. Et istud est tps in quo non contingunt se nunc nec cōsequitur se nec adinuicē. Et hoc tpe mensuratur motus primi mobilis. & p̄ cōsequens oēs motus qui sunt sub motu celi. Omnes eim motus: sicut dicit philosophus mensurant p̄ motum celestī: q̄ simplicissimū sui generis. Et similiter mensurant p̄

S. Hieronimus
Deus fuit Deus est
Deus erit

S. Augustinus

Diuisio temporis

Jam
Olim Rep̄
Subito Non

nume: motus celestī: q̄ extrinsecū adiacēs: quod nō est in eodē genere: quia eē i tpe est esse in numero dicit philosophus: & i eodē numero numerate possunt esse plura numerata. Plures eim res possunt referri ad unū numerum. Est & aliud tps qd adiacet mutationi supra naturā: sicut creationi: que licet non dicat materia: sed tū nomina eē tū mutationē quādā dicit i creatura. Quo mutatio creature nihil aliud est: q̄ existētia creature post nihil. Et in hac mutatio nō ē accipere siue bētia materia supra quā fit mutatio. Neg eim ē accipere priuationē ut terminū a quo: nisi secūda rōnem: & nō secūda esse. Cum eim dicit hoc fit ex nihil. Nihil non ponit naturā siue materia: sed tū nomina eē ordo secundum rōnem entis ad pure non ens: secūda rem eim nō est ordo entis ad nō ens: & istud est tps indiuisibile: sicut ipsa trāsmutatio: nō eim est in ipsa accipere rōnem perfecti & imperfecti: secundum quid: sicut in alio motu. Est & tertium tps quod adiacet motui aie: cuius motus est: ut dicit Auerroes actus perfectus. Et hoc maxie est. qm mouet̄ ad gratiā in quo motu nihil est de interceptione mediū a quo causat fluxus tps. Aia eim semp̄ est sub grā. uel sub peccato: & nunq̄ est secūda quod sub grā: & secūda quod sub peccato: sicut est in alteratione de albo ad nigrū: ubi est interceptio mediū coloris. Et similiter hoc tps adiacet motui angeli: secūda quod dicitur q̄ angeli mouetur in tpe: & intelligant in tpe: secūda dicitur sum̄ intelligētie angelice: sup̄ res intelligibiles in cognitiōe uespertina. Dico aut̄ in cognitiōe uespertina: quia secūda cognitiōe matutinam attingunt eternitatem. Et istum motū tam aie q̄ angeli: mensurat nūc uicifitudinatūm secūda q̄ aia uel angelus mouetur de uno intellecto ad aliud. Et quilibet actus eius est p̄fectus. Et hoc est quod dicit Angu. Quod deus mouet creaturā corporalē: p̄ tps & locum. Creatura at̄ spūale p̄ tps tū. In hoc eim tpe nō est inconueniens q̄ non fit confē: quens ad nunc sine medio. Et notidūm q̄ tps est plus cā corruptio nis: q̄ generatiōis: propter mutationē quā mensurat: que facit distare a principio: quod eim antiquat̄ & senescit: prope interitum est. Et hoc de tpe sufficiat.

De eternitate.

Capi. xv



